



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Marcellinvs & Petrvs MM. 2. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Iunij. VITÆ S A N C T O R V M . 273
ranrem in feminas oculum gravi oratione ad officium revocatus. Ab eo denique manumissus loca plura magnis virtutibus nobilitavit. Subinde in piratas incidit, nihilo mitiora comitibus occisis passus, ni salientem de puppe petumque telis divisa ror texisset. Tandem delatus Trevitos, speculam sibi in turris fastigio elegit, quam expugnare orcus aggressus, suas in Christianum Herculem hydras, & omne monstrorum genus nequidquam armavit. Stultius strategema fuit, cum perditi tenebriones, nescio quos, fatuos ignes radiosque rugosus ejus infunderent; sed ille fanaticam lucem oculis non admisit, solem suum mortuo sibi oriturum dictans: dæmones, elusis artibus suis, auxilium ab hominum malevolentia petunt, qui noxiā aquarum inundationem sceleribus ejus imputare ausi, convitiis saxisque in caput innocentis sunt griffati. Stationem tamen non ante desertit, quam illum celi Imperator evocaret an. M. XXXV. Corpus ejus exanime prodigioso sudore immaduit. Quis arduam neget ad cælum viam, in qua etiam his eusores, & quidem post mortem, sudant. Ex Surio.
Beatus, qui omni spe rerum hujus mundi seipsum orbauit, ac in solo Deo omnem spem fixit atque locavit suam: sicut enim execrandus est ille homo, qui spem suam positam habet in homine, ita omni laude dignus, qui ex Deo totus pendet. S. Bas. Orat. 7.

SS. MARCELLINVS & PETRVS
MM. 2. Iunij.

Nihil agis impietas; Christi servus etiam inter vincula liber est, insultabit Archemius
M. 5 PETR.

PETRO compedibus onerato, experiretur Dei sui
vires: & rimperet catenarum nexum, si tantum
in IBSV nomine consideret. PETRVS non id modò
præstit, sed Paulinam insuper ejus filiam diaboli
mancipium, expulso. improbissimo tyranno, in li-
bertatem afferuit, unaque Arthemio persuasit,
Deo anteā subsannato, cum omnibus carceris in-
colis, sacramentum dicere. MARCELLINVS, qui
eos Christiano ritu abluerat, nudus vitri fragmen-
tis impositus, non antè quām ab Angelo iussus, ex
illo se lecto proripuit, & cælesti veste excutus
cum PETRO, quem ident Angelus cippo exem-
pat, Christianorum se cœtui reddidit; quibus ani-
mandis cùm septem ipsos dies impendisset, pleno
tandem agmine Arthemium cum uxore & filia ad
supplicium euntes comitatus est. Ipsi denique in
silva, cui Nigræ cognomentum fuit, intersenti-
ceta, capite plexi sunt. Nihilominus vel invito ty-
ranno, abscondi inter spinas lilia nō potuere, & san-
ctitatis odor rubentes suo sanguine rosas prodidit.
Lucilla & Firmina castis illas manibus legerunt, &
in communī SS. Martyrū viridario collocarūt. Sil-
væ quoq; nomen immutatum est; pro Nigra, Can-
dida posthac audiit. Esto & tu lily inter orbis
spinas, & cæli candidatum te appellabo. Ex Suris.

Parati simus semper irruentes viatorum cuneos
ac firemētes bestias de agro cordis nostri ejicere, nile
lumq; eis in ea qua juris nostri sunt, permittamus
locum peruersa dominationis habere: non videant
nos inimici nostri cedere, ne de nostris valeant res-
sibus exultare. S. Pet. Damian. serm. 75.

S. NL